



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectae

Sandini, Antonio

Bambergae, 1753

CXXVI. Leo VI. Anno Christi 897. Constantini VIII. 17. Cum Romano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

(3) Flodoardus lib. 4. Historia Remensis cap. 20. tom. 17. Bibl. Patr. pag. 605.

Baronius ad an. 925. §. 9. *Illud plane tunc primum contigit in Ecclesia Dei videri monstrum, nunquam hactenus in toto Christiano visum nec auditum, imò ne puto mente conceptum.*

S. Bernardus epist. 42. seu De Officio Episcoporum cap. 7. pag. 477. *Scholares pueri, & impuberes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promoventur ad Ecclesiasticas dignitates, & de ferula transferuntur ad principandum Presbyterii: latiores interim, quod virgas evaserunt, quam quod meruerint principatum: nec tam illis blanditur adeptum, quam adeptum magisterium.*

(4) Hieronymus Rubeus lib. 1. Hist. venatis pag. 255.

CXXVI:

LEO VI.

ANNO CHRISTI 897.
CONSTANTINI VIII. 17. CUM
ROMANO.

LEO VI. Christophori Primicerii filius, sine auctore dicitur à Pavinio, Baronio, Ciaconio, Papebrochio

chio, Natali Alexandro. (1) Anno 928. sub exitum mensis Junii consecratur. Tranquillandis Romanis rebus, quas turbaverant decessores ejus, curam intendisse fertur. Sed conatu irrito. Nam in carcerem detrusus à factiosis moritur anno insequente circa diem tertium Februarii, *in mense septimo, & die quinto, ex quo Pontifex esse cœperat.* (2)

ANNOTATIONES.

(1) Ciaconius addit, eum fuisse *ex familia Gemina, quæ postea Sanguinea dicta est*

(2) Flodoardus De Romanis Pontificibus inter Scriptores Rer. Italic. tom. 3. pag. 324.

Celsa Petri sextus Leo regmina sumens Mensibus hæc septem servat, quinisque diebus.

Albertus Krantius l. 5. Metropolis c. 1. pag. 117. *Mirum de mensuris Pontificibus: non carent tempora veneni suspicionem.*

CXXVII.

STEPHANUS VII.

ANNO CHRISTI 929.

CONSTANTINI VIII. 18. CUM ROMANO.

Ste-